

V. 1.  
1713



# Index

1.	D. Jos. Volckm. Pechmann de privilegiis mulierum.	23.
2.	Ejusdem de jure venis.	24.
3.	— de Fidei. <sup>supra</sup>	26.
4.	— de fama.	27.
5.	— de Jure constituendi.	28.
6.	— — delictis poena gladii con- cendis.	29.
7.	— — jure venationis.	30.
8.	— — penitentia.	31.
9.	— — eo quod circa dies iustum est	32.
10.	— — rerum alienatione libera.	33.
11.	— — studiosorum privilegio.	34.
12.	— — jure vario.	35.
13.	— — jurisdictione egypt. & turbarum	
14.	— — onyestate.	36.
15.	— — Successione et electione in Imp. Rom. Germ.	37.
16.	— — Casibus fortuitis.	
17.	— — Austregis.	
18.	— — comodato.	38.
19.	— — jure asylozum.	39.
20.	— — privilegio.	40.
21.	— — insignibus.	
22.	— — amore.	

Wd. 66.

23. Egd. de potestate Legum Amoyen.  
 24. — — Velli comertis.  
 25. — — etate egypti iure et privilegio  
 26. — — Augusta.  
 27. — — sequentratione.  
 28. — — obligationum confusione et  
 29. — — resuscitatione.  
 30. — — pignoreibz.  
 31. — — iure asylozum.  
 32. — — iurisdictione Imp. Germ. Diocesis  
 33. — — Cameraci, Aulico, Rosturiensi.  
 34. — — vattaria.  
 35. — — iurisdictione egypti iurisdictione  
 36. — — et foro.  
 37. — — de fidei commissis ex causa contrafactio-  
 38. — — nis per alienationem extra fami-  
 39. — — liam resistentibus.  
 40. — — de eo quod ius est circa optionem  
 41. — — minoris heredis.  
 42. — — An et quatenus Principes Comites et  
 43. — — Patrones alleg. S. R. J. Staty in ditio-  
 44. — — nibz suis statuta condere possint.  
 45. — — de Iureconsulto.  
 46. — — de iure non dicitur in ony flagis.  
 47. — — Registorum.  
 48. — — iure obumellatum non pignora iure

66.



1538

P



D

& A

Pr



DEO TER-OPT. MAX. AUSPICE,  
DISPUTATIO JURIDICA,

DE  
COMMODATO,

*Quam*  
*Magnifico, Nobilissimo, Consultissimoq; Jctorum*  
*Ordine in Illustri Salana consentiente,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, ATQ; UÆ*  
*EXCELLENTISSIMI*

DN. JOHANNIS VOLK.

*Bechmans* / J. U. D. Famigeratissimi, Curia Provincia-  
lis Saxonica, quæ Jenæ est, Advocati Ordinarii gravissimi,

*Patroni ac Præceptoris sui omni honoris &*  
*observantia cultu etatè prosequendi,*

Publicæ disquisitioni submittit

In Auditorio Jctorum,

*Ad diem Martii*

MICHAEL HENCKELIUS,


Ilmenâ-Thuringus, Aut. & Resp.

ANNO

ACADEMIÆ IVBILÆO.

---

Typothetâ SAMUELIS KREBSIO.





D. D.

**C**um quotidiana, & quæ in vitâ civili usum habent frequentem pleniùs sint attingenda & pertractanda, ut docet Paulus in l. 25. pr. ff. de liber. legat. & Ulpianus in l. 1. pr. ff. de suspect. tut. materia autem commodati sit apprimè utilis, atque frequens, operæ pretium me facturum existimavi, si eam pro ingenii mei modulo delinearem, & publicæ disquisitioni subjicerem. Antequam verò ad ipsam propositæ materiæ tractationem accedamus, Dei auxilium intimè imploramus, quò velit huic labori clementissimè benedicere, l. 2. C. de Offic. pref. prat. l. 1. C. de vet. Jur. enucl.

CAPUT I.  
De Definitione  
Commodati.

1. Omnis, quæ ratione suscipitur, de re aliqua institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, inquit Tullius lib. 1. Offic. Cum verò definitio quævis sit duplex, cum Nominis, tum rei, & posterior quidem rerum, prior tamen verborum tractatio esse debeat, l. 17. de legib. l. 1. pr. de J. & J. ideoque à definitione nominali, utpotè quâ benè cognitâ, eò meliùs in ipsius rei perceptionem provehimur, Scal. Exercit. 1. sect. 1. initium faciemus.

2. Dicitur ergo commodatum quoad Etymologiam  
A 2 gram-

grammaticam à commodare, logicè verò quasi cum modo datum, i.e. sub certa utendi forma & ratione, l. 17. §. 3. ff. b. t. Wesenbec. in parat. vel quasi ad commodum utentis datum Sneid. in Inst. b. t. n. 2. Trentl. volum. 1. Disput. 24. tb. 1. lit. G.

3. Perspectâ jam Etymologiâ necessum est, ut etiam quadam de Homonymia hujus vocis annotemus. Accipitur autem vox commodati dupliciter, vel materialiter pro re commodata, vel formaliter pro contractu, & tunc iterum, vel generaliter pro concessione rei ad usum, & commodatum dicitur, quasi alterius commodo datum, in quâ generaliori significatione etiam mutuum commodatum appellari potest. l. 2. C. de his qui ex publ. rat. mut. accep. l. 1. C. Theodos. quod jussu. Nobiliss. D. Habn in Comment. ad Wesenbec. not. XIII. de reb. cred. ita quoque Cic. in Orat. ad Verr. 5. usurpat, ubi dicit: Commodasti tritici modios sexaginta. Vel specialiter pro concessione rei ad certum modum utendi, & dicitur commodatum, quasi cum modo utendi datum, & hæc posterior acceptio est hujus loci.

4. Nominis explicationem excipit nunc ipsius rei definitio. Definitur autem commodatum in specie sic dictum, quod sit Contractus realis, quo res gratis certi usus causa utenda, & eò finitò in specie reddenda traditur. Magnif. & Nobiliss. D. Franzkius Jctus accuratissimus in Comment. ad ff. n. 8. b. t.

5. Generis vicem sustinet contractus realis. Contractus autem sumitur dupliciter: 1. generaliter, ut denotet quemvis actum, ex quo civilis obligatio oritur. l. 20. ff. de Judic. 2. specialiter, pro conventionem habente propriam vim, atque efficaciam civilem obligationem, & actionem producendi. l. 7. §. 1. ff. de pact. Ampliss. atque Excell. Dn. Praeses, Fautor atque Praceptor meus aeternum devenerandus in dicta-



dictatis ad Wesenbec. parat. de pact. In qua posteriori signi-  
ficatione hic accipitur.

6. Dicitur realis, quia ad ejus essentiam præcisè re-  
quiritur, ut accedat actualis rei traditio, ex commodato  
enim nisi traditâ acceptaque re non nascitur obligatio.  
*l. 1. §. 3. ff. de Oblig. & act. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.*  
*Hotoman. in comment. Instit. ad d. §. 2.* Conventio igitur  
de re danda non sufficit, sed rei traditio obligationem in-  
ducit. *Donell. 14. Comment. c. 2.*

## CAPUT II. De Personis commo- datum contrahentibus.

1. Celebratur hic contractus inter commodantem  
seu illum, qui rem utendam tradit & commodatarium  
seu illum, cui res utenda conceditur actuali rei traditione  
intercedente, adeoque commodans, & commodatarius  
causam efficientem commodati constituunt, quatenus  
ille huic rem prævio de rei concessione consensu tradit,  
& certum utendi modum præscribit.

2. Ineunt autem hunc contractum omnes, qui sunt  
intellectu præditi, & plenum consensum quoad sui obli-  
gationem addere possunt. *l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 55. ff. de Ob-  
lig. & act. Bocer. class. 2. disp. 11. tb. 4.* Promiscuè igitur hunc  
contractum celebrare quivis potest, non attento discri-  
mine sexus, aut potestatis sive patriæ sive dominicæ: Un-  
de mulier æque est habilis ac masculus. *l. 24. §. 6. solut. ma-  
trim. dos quemad. pet. l. 3. C. b. t. tam filiusfam. quàm pater-  
fam. l. 39. ff. de Oblig. & act.* Servus proinde ac dominus,  
etiam ipsò dominò ignorante & invito. *l. 14. ff. eod. tit.*  
nec modò bonæ fidei possessor, sed etiam fur sive prædo.

*l. 15. l. 16. ff. b. t.* Item qui usumfructum, habitationem vel aliam servitutem habet. *l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 8. §. 5. de precar. §. 1. Inst. de Usu & habitat.* Pupillus tutoris autoritate accedente. *l. 9. pr. ff. de auct. & consens. tut. l. 1. §. 2. b. t. l. 43. de Oblig. & act.*

3. Haecenus de personis, quæ licitè hunc contractum ineunt, superest igitur, ut videamus de iis, quæ commodare prohibentur, ad illarum censum referuntur 1. *infantes*, utpotè omni intellectu destituti. *§. 9. Inst. de Inutil. stipul.* 2. *Furiosi*, qui in continuo furore sunt omnique carent intellectu. *l. 14. de Offic. Presid. arg. §. 8. Inst. de inutil. stipul.* si enim dilucida habent intervalla, tempore intermissi furoris, commodatum celebrare non prohibentur, quia cessat causa prohibitionis. 3. *Prodigi*, quibus decretò Magistratùs bonis interdictum est. *l. 1. pr. l. 16. §. 1. de curat. furios. l. 6. ff. de verb. oblig. l. 12. in fin. ff. de tut. & rat. distrab. l. 40. de R. J.* 4. *Pupilli*, neglectà tutorum, quos habent, autoritate, ad hunc effectum, ut teneantur actione commodatù contrarià. *l. 1. §. 2. ff. b. t.* nisi locupletiores facti fuerint, vel dolo quid in re commodata commiserint. *l. 2. ff. de fidejuss. l. 41. ff. de dol. mal.* tunc enim efficaciter conveniuntur, in quantum locupletiores facti sunt. *l. 3. pr. ff. b. t.* Denique 5. ipse etiam dominus rem propriam commodatò accipere nequit. *l. 45. ff. de R. J. l. 15. ff. de pos.* quia is, cujus res est propria, sibi illam animo domini possidet, ac proinde alterius nomine in eadem possessione esse non potest. *arg. l. 3. §. 19. ff. de acquir. possess. Henric. Haenon. lib. 3. disput. 7. ad l. 45. ff. de R. J.*

### CAPUT III.

## De Objecto.

1. Perlustratis jam personis, ordo postulat, ut dispiciamus

27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

STATUS ETIAM DE OBJECTO seu materia commodati. Ob-  
jectum autem non sunt res fungibiles, siue res, quæ uten-  
do consumuntur, sed corpora & ejusmodi res, quæ usu  
non absumentur. *l. 3. §. ult. ff. b. t.* Ratio est, quia commo-  
datum non transfert dominum, sed solùm usum & finitò  
usu ipsa res restituenda est: Si autem res fungibilis com-  
modatur, non ut fungibilis in hunc contractum venit,  
sed ut corpus sine consumptione, aut pompæ vel ostenta-  
tionis gratia, ad usum adhibendum, cùm aliàs usu pro-  
priò, verò ac non simulatò absumeretur. *l. 3. §. ult. l. 4. ff.  
b. t. Nobiliss. atque Excellentiss. D. Struvius Jctus solidissimus,  
Fautor, Præceptor atque Promotor atatem colendus Exercit.  
ad ff. 19. th. 4.*

2. Veniunt autem in hunc contractum non solùm  
res mobiles, *v. c. vehiculum l. 5. §. 15. ff. b. t. carruca l. 17.  
§. 4. b. t. equus, servus, l. 5. §. 7. & 13. b. t.* sed etiam soli seu  
immobiles. *l. 1. §. 1. ff. b. t. §. 5. Inst. de Usu & habit. ut & in-  
corporales. d. l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 8. §. 5. l. 15. §. 2. ff. de precar. Non  
obst. l. 17. de præscript. verb.* Deinde non minùs res alienæ  
quàm propriæ in commodatum veniunt. *l. 15. l. 16. ff. b. t.  
junct. l. 8. 9. eod. tit. adde Bachov. Disp. 24. th. 1. lit. C.* Com-  
modatum enim non est contractus dominii translativus,  
sed tantùm hoc agitur, ut inter commodantem & com-  
modatarium obligatio nascatur, ad quod res aliena æquè  
apta atque commoda est, quàm propria. Propriæ autem  
quatenus tales ipsi domino commodatò dari non pos-  
sunt. *Conf. c. 2. n. 3.* Notanter dicitur quatenus propriæ,  
nam si res sit oppignorata, aut alius ejus possessionem ha-  
beat, nihil obstat, quò minus commodatarius eam acci-  
pere possit, respectu possessionis penes alium existentis.  
*arg. l. 6. §. fin. ff. de precar. l. 28. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

3. Aliter verò se res habet *Jure Saxonico Land Rechte  
lib.*

*lib. 2. art. 60.* ubi possessio vel Dominium transire videtur  
in commodatarium, quando traditur, si Commodatarius  
rem sibi commodatam tertio alicui vendat, aut quovis  
modò alienet, ipsum dominum commodantem nullam  
habere actionem contra tertium possessorem, in quem rei  
commodatæ alienatio facta est, sed oportere eum agere  
contra commodatarium. Quem textum quidem *Matth.  
Coler. in decis. Germ. decis. 7. n. 7.* ita accipiendum esse exi-  
stimat, quatenus scil. ille tertius, in quem alienatio rei  
commodatæ facta est, fuerit in bona fide & rem alienam  
esse ignoraverit. Verùm nos sententiam *Zobel. in different.  
Jur. Civ. & Saxon. part. 2. different. 32.* amplectentes dici-  
mus hoc loco *Jus Saxon.* esse irrationabile & quandam ab-  
surditatem fovere. 1. quia actus non potest operari contra  
intentionem agentium, at in commodato non hoc agitur,  
ut dominium transferatur vel possessio. §. 5. *Inst. de Inter-  
dict. l. 8. b. t.* 2. exinde etiam sequeretur casum fortuitum  
in hoc contractu pertinere ad commodatarium. Neque  
explicatio *Coleri* rectæ rationi convenit, quia commoda-  
tarius est in mala fide, & nemo potest dominium & pos-  
sessionem in alium transferre, quam ipse non habet. *l. 60.  
de acquir. rerum Domini.* Deinde verum dominium ma-  
net apud commodantem. E. vindicare potest. *l. 23. de  
R. V. Confer. Nobiliss. Dn. Habn. Comment. ad Wesenbec.  
N. 7. b. t.*

#### CAPUT IV.

### De Forma Commodati.

1. Forma Commodati est duplex, alia *generalis*, alia  
*specialis*. *Generalis* consistit in actuali rei commodatæ præ-  
statione. §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. Oblig. item l. 1. §. 3. de  
Oblig. & act.* Proinde si solum convenerit de re commo-  
datò

24  
datò danda, nec statim accedat rei traditio & acceptatio  
nulla ex hoc contractu obligatio inducitur. *Donell. 14. Com-  
ment. c. 2.* Differt igitur in hoc à contractibus consensuali-  
bus, utpote in quibus actualis rei traditio non est præcisè  
necessaria, sed modò requiritur, ut partes in id, quod agi-  
tur, consentiant.

2. Forma specialis in quatuor requisitis consistit,  
quorum primum est, gratuita rei concessio. §. 2. *Inst. quib.  
mod. re contr. oblig. l. 17. §. 3. ff. de præscript. verb. l. 5. §. 12. ff. b. t.*  
Commodare enim est officii & liberalitatis. *l. 17. §. 3. b. t.*  
mercede verò interveniente tollitur beneficium, tollitur  
gratia. *l. 1. §. ult. mandat.* Proinde si merces pro usu rei  
datur, aut constituitur, non commodatum sed locatio est.  
*d. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Differt igitur in hoc  
à locatione conductione. Honorarium tamen aliquod  
pro remuneratione præstiti officii commodator accipere  
haud prohibetur, cum gratuitorum contractuum natu-  
ram non immutet. *l. 6. pr. ff. mandat.*

3. Secundum requisitum est certus & determinatus  
utendi modus. *l. 5. §. 8. l. 18. §. 3. ff. b. t. §. 2. Inst. quib. mod.  
re contr. oblig.* Modum autem utendi ille præscribe-  
re potest, qui beneficium tribuit. *d. l. 17. §. 3.* Et hæc  
notà distinguitur 1. à contractu pignoris & contractu de-  
positi, in quibus res non usus, sed securitatis aut custodiæ  
gratia restituenda traditur. Deinde precarium, licet aliàs  
commodato simile dicatur in *l. 1. §. 3. ff. de precar.* quia  
utrobique res gratis utenda. *l. 17. §. 3. b. t. l. 14. ff. de precar.*  
& ut plurimum ad utilitatem accipientis conceditur. *l. 5.  
§. 2. tit.* Differt tamen ab ipso cum in aliis, tum etiam ma-  
ximè in hoc, quòd in commodato usus est certus & deter-  
minatus, in precario verò incertus & infinitus. *l. 1. ff. de  
precar. l. 5. §. 8. l. 10. §. d. l. 17. §. 3. in fin. ff. b. t.* Unde etiam

B

Domi-

Domino pro lubitu, nullâ obstante temporis adjectione precarium revocare licet. *l. 1. l. 2. §. 2. l. 12. pr. ff. de precar.* quod tamen cum aliquo temporis laxamento ex æquo & bono est accipiendum, ne quis sub prætextu liberalitatis damnum sentiat, quod ex quantitate rei, quæ præcario rogatur, æstimandum est. *Magnif. D. Frantz. Comment. ad ff. n. 18. b. t. Confer. Covarr. 3. variar. resolut. 15.*

4. Denique exinde etiam hoc fluit, quòd, si commodatarius re commodatâ aliter utitur, quàm convenit, sive ad aliam rem, sive diutiùs aut longiùs id faciat, furtum committat. *l. 5. §. 8. l. 14. ff. b. t. l. 40. l. 71. ff. de furt. §. 6. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* nisi existimet, se non invito Domino id facere. *l. 67. pr. ff. de furt.* In dubio tamen præsumi debet, Dominum contradicturum esse. *l. 48. §. 3. ff. de furt. cum nemo res suas facile jactet. l. 25. pr. ff. de probat.* Aliter verò se res habet Jure Saxonico, quò hoc in casu commodatarius furti non tenetur. *Land Reche lib. 3. artic. 22. Reinbard. part. 1. different. Jur. Saxon. 24.* Sed ad interesse duntaxat obligatur. *d. artic. 22.*

5. Tertiò ad formam hujus contractus requiritur, ut commodatarius eandem in specie sive individuo rem, quam utendam accepit, commodanti restituat. *l. 2. pr. ff. de R. C. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 1. §. 15. ff. de oblig. & act.* ratio est, quia per commodatum non transfertur dominium, sed commodans & possessionem & proprietatem rei commodatæ retinet, unde etiam commodatarius de ipsa re in specie restituenda tenetur. *dd. et.* Secus verò est in mutuo, utpote in quo res fungibilis ita tradenda est accipienti, ut dominium ejusdem in eum transferatur. *pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 2. §. 2. l. pen. ff. de reb. cred.* Indeque accipiens obligetur, ut res eadem in genere tantùm in eadem quantitate & qualitate reddatur,

22  
tur, *d. pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 2. l. 3. l. 30. ff. de reb. cred.* quamvis ea apud debitorem casu fortuito perierit. *l. 11. C. de reb. cred. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* quia debitor rei mutuatae factus est dominus & non debetur species, sed genus, quod interire non potest. *Bald. in d. l. 11. Commodatarius verò, quia res commodata ejus non fit, eandemque in specie restituere tenetur, casum fortuitum non praestat. l. 18. h. t. vid. infra c. 5. n. 3.*

6. Quartum requisitum consistit in eo, ut res commodata finito usu & tempore restituatur, *l. 17. §. 3. l. 5. pr. ff. h. t. l. 3. C. h. t.* sive hoc tempus sit verbis expressum, sive tantum temporis tacite subintellectum, quantum usus rei praestitutus postulat. *d. l. 17. §. 3.* Quae adjectio hunc habet effectum, ut tempore elapso commodatum avocari possit. *d. l. 17. §. 3. l. 5. pr. ff. h. t.* quamvis commodatarius re commodata nondum sit usus. *arg. l. 17. §. 2. h. t. l. 203. ff. de R. J.* Quod etiam obtinet, etiamsi commodatarius propter adversam valetudinem, vel aliud quoddam obstaculum illa uti non potuerit, & extra culpam sit. *Bart. in l. 15. §. 3. n. 6. h. t.* Dominus enim agit de damno vitando, ne diutius, quam sibi placuit, usu rei suae careat; commodatarius verò de lucro faciendo, ut sibi re aliena uti liceat; talis itaque contingens casus magis officere debet commodatario quam domino. *l. 11. §. 6. de minor. Magnif. D. Frantz. Comment. ad ff. n. 19. h. t. Magnif. ac Nobiliss. D. Richt. tract. de contract. disput. 4. th. 1. lit. D.*

7. Haecenus de iis, quae ad substantiam hujus contractus pertinere videntur, adjiciemus nunc etiam accidentalibus, ad quae potissimum referenda veniunt pacta, quibus subinde commodatum informatur. Horum verò alia sunt licita & permissa, alia illicita & prohibita. E numero verò pactorum permissorum sunt. 1. Ut res certò



locò & tempore restituatur, quod hunc habet effectum, ut in æstimando damno ob rem non sic redditam & ejus ratio habeatur. *l. 5. pr. ff. b. t.* 2. Huc etiam pertinet, si conventum sit inter partes contrahentes de casu fortuito præstando, qui prævideri non potest, aut cui præviso non potest resisti. *l. 1. C. b. t. l. 18. pr. ff. b. t. l. 1. C. depos. l. 6. C. de pign. act. l. 7. §. 15. de pact. l. 39. ff. mandat.* quia aliàs regulariter à nullo præstatur, ac res perit suo domino. *l. 23. de R. J. l. 9. C. de pign. act. l. 18. pr. ff. b. t. §. ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 32. ff. de negot. gest. l. 1. C. b. t. & passim.* Unde nullum omninò est dubium, quin inter accidentalia hujus contractus rectè referri possit. 3. Quando pactum intervenerit ne culpa præstetur. *l. 5. §. 2. & 10. ff. b. t. d. l. 23. de R. J.* 4. Si res æstimata data sit. *l. 5. §. 3. l. 18. pr. ff. b. t.*

8. Ad pacta illicita refertur, quando convenerit, ne dolus præstetur, quia illa conventio bonæ fidei honestisq; moribus refragatur, idèoque non est permittenda. *l. 17. pr. ff. b. t. l. 23. de R. J. l. 1. §. 7. ff. depos. l. 27. §. 3. & 4. ff. de pact.* De præterito autem dolo pacisci & actionem quæsitam remittere, non est prohibitum. *l. 7. §. 14. d. l. 27. §. 4. ff. de pact.*

## CAPUT V.

### De Fine.

Perspectâ jam commodati formâ, paucis etiam ejus finem attingemus, omnia enim ex fine, cujus gratia fiunt, dijudicari debent. Est itaque finis hujus contractus, ut communicatò rerum usu hominum necessitatibus subveniatur. *Wesenbec. in parat. n. 6. b. t.* Impossibile enim est, ut quilibet sibi ipsi res, in hac ærumnosa vita necessarias comparare queat, tum propter rerum varietatem tum propter æstimationem. Ideoque adinventum est bene-



beneficium hocce commodati, ut indigentia hominum  
in necessitate subinde constitutorum subveniatur.

## CAPUT VI. De Obligationibus commodati.

1. Obligatur itaque ex hoc contractu principaliter  
ille, cui res utenda conceditur, ad rem commodatò da-  
tam finitò usu & tempore elapsò, [ quod vel expressè ad-  
jectum vel ad usum rei præstitutum necessarium colligi-  
tur ] eandem in specie seu individuo reddendam. *l. 5. pr.  
l. 17. §. 3. b. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* & quidem non  
factam culpà ipsius deteriore. *l. 3. §. 1. h. t.* si enim com-  
modatarius re commodata usus sit in eam rem, in quam  
utendam accepit, nec ulla culpa intercesserit, veluti si  
equus usque ad certum locum utendus datus in ipso iti-  
nere deterior factus sit sine culpa commodatarii, tunc  
non tenetur. *l. 10. pr. l. ult. b. t. Vinn. ad §. 2. Inst. quib. mod.  
re contr. oblig.*

2. Ex dictis jam facilè colligere est, in re commodata  
[ ejusdemque accessorio. *l. 5. §. 9. ff. b. t.* ] damna dolo, cul-  
pà non tantum lata & levi, sed etiam levissimà commo-  
datarii commissa præstanda esse. Et hæc culpa levissima  
regulariter in hoc contractu præstanda est à commoda-  
tario, ejus enim causà regulariter commodatum contra-  
hitur. *l. 5. §. 2. l. 18. ff. b. t. l. 23. de R. J.* Quoniam autem  
contra commodatarium lex præsumit. *arg. l. 6. §. 9. ff. de  
Edend.* ideoque ille diligentiam suam probare tenetur,  
maximè in casibus, qui cum culpà conjuncti esse solent.  
*Vinn. in Comment. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. Pe-  
retz. Pralect. in Cod. n. 12.*

3<sup>o</sup> Quoniam autem hic contractus non semper lo-  
lius commodatarii [ quod tamen plerumque fit. *l. 5. §. 2. b. t.*] sed quandoque solius commodantis, quandoque et-  
iam utriusque contrahentis gratia celebratur, ideo etiam  
non semper levissima culpa est præstanda. Nam si res ac-  
cipientis solùm gratia commodatò datur v.g. si quis spon-  
sæ vel uxori, quò honestiùs ad se deduceretur, commodet,  
dolus & lata tantùm culpa præstat. *d. l. 5. §. 10. l. 10. §. 1. ff. b. t.* Deinde si utriusque contrahentis causa contractus sit  
initus, puta si socius socio vasa argentea, quibus in com-  
muni convivio opus habet, commodet, contrahentes sibi  
invicem levem culpam præstant. *l. 18. pr. vers. at si utri-  
usq. ff. b. t.*

4. Casus fortuitus est commodantis, ut domini. *l. 5. §. 4. §. 7. l. 17. §. 1. l. 20. ff. eod. tit. Limitatur I. Nisi expressè inter contrahentes convenerit, ut casus præstetur. l. 1. C. b. t. l. 18. pr. ff. eod. tit. l. 1. C. de pos. l. 6. C. de pign. act. quamvis casus, qui contingere possunt in specie non sint expressi. Et qui se omni periculo subjicit, omnes casus indistinctè præstare tenetur. arg. l. 15. §. 2. ff. locat. conduct. l. 78. §. fin. de contrah. empt. Nobiliss. D. Struvius Exercit. 14. ad ff. th. 43. II. Si in damno fatali res proprias prætulit commodatis. *l. 5. §. 4. in fin. ff. b. t.* III. Si dolus vel culpa commodatarii casui causam dederit. *l. 5. §. 4. §. 7. b. t. l. 1. §. 4. ff. de oblig. §. act. l. 5. l. 9. C. de pign. act.* IV. Si mora casum præcesserit. *c. unic. §. de commodat. l. 12. §. 3. de pos. l. 2. C. de peric. §. commod. rei vend. l. 8. §. 6. ff. de precar.* Excipitur 1. nisi quis habeat justam causam retinendi. *arg. l. 21. de usur.* 2. Si eodem modo res, etiamsi domino fuisset restituta, apud ipsum periisset. *l. 14. §. 1. ff. de pos. l. 23. ff. de V. O.* V. Si res æstimata data fuerit. *l. 5. §. 3. ff. b. t. l. unic. §. 9. in fin. C. de rei uxor. act. l. 5. l. 10. de Jur. dot. licet in specie**

549  
specie de æstimatione præstanda nihil convenerit. *Magnif. D. Frantzke. in Comment. ad ff. n. 44. b. t. Bachov. disp. 24. tb. 3.* Huc etiam pertinet damnum injuriã ab aliis illatum, quod, quò minùs inferretur, nullã curã ac diligentia potest caveri. *l. 19. b. t. l. 31. de act. empt. l. 41. ff. locat. cond.*

5. Denique hïc etiam quæri solet, an commodatarius culpa, à nuncio, cui rem ad commodatorem perferendam tradidit, commissã teneatur? *Disting.* aut enim ipse commodator elegit vel misit aliquem, per quem res ad ipsum perferretur, & culpa ipsius erit commodatoris. *l. 10. §. 1. in fin. l. 12. §. 1. ff. b. t.* aut commodatarius, cui voluit, rem ad commodantem perferendam commisit, & ipse quoque, si sui causa commodatum accepit, culpam præstabit, quod non tam idoneum hominem elegerit, ut rectè ad dominum perferri possit. *d. l. 10. in fin. l. 11. l. 12. §. 1. ff. b. t.* Si verò tam idoneo servo dedisset rem ad dominum referendam, ut non debuisset quis existimare futurum, ut à quibusdam malis hominibus deciperetur, commodatarius est extra culpam, & detrimentum erit commodantis. *l. 10. ff. b. t. Scotan. Disput. 32. tb. 17.*

6. Secundariò verò & accidentaliter ex hoc contractu obligatur commodans commodatario ad damna, quæ ex re commodata passus est, resarcienda, vel ad impensas in rem commodatam factas refundendas. Damna autem incurrit commodatarius. 1. Si usum rei commodatæ intempestivè auferat vel re commodatã eum planè non patiat uti. *l. 17. §. 3. b. t.* licet quidem ab initio commodatum sit liberæ voluntatis, tamen ex postfacto fit necessitatis & tenetur commodans liberum usum præstare, ad quem res commodata destinata est. *d. l. 17. §. 3.* nemo enim potest consilium suum mutare in alterius injuriam. *l. 25. ff. de R. J.* Nisi ipsemet re sua indigeat, semper enim  
subest

subest hæc tacita conditio. Justitia enim suum cuique ita tribuit, ne distrahatur ab alterius justiori petitione. *l. 32. ff. depos.* & jus est justo melius. *Arist. lib. 5. Ethic. c. 14.* Ubi tamen distinguendum est, aut enim prævidit, se ipsum re commodatâ postmodum indigere, & repetere nequit, quia censetur, illud incommodum subire voluisse in gratiam commodatarii: aut non prævidit, & revocare potest, nam commodans in contractu hoc gratuito non præsumitur adeo liberalis fuisse, ut officeret propriis necessitatibus *vid. Nobiliss. Dn. Hahn. Comment. ad Wesenbec. n. XI. 2.* Si scienter res vitiosas commodaverit, indeque commodatarius damnum passus sit, v. g. si quis vasa vitiosa aut servum furem scienter commodaverit, qui postea commodatario furtum fecit. *l. 17. l. 18. §. pen. l. pen. ff. h. t. l. 31. ff. de pign. act.* Huc quoque pertinet quaestio, an latâ culpâ rem vitiosam commodans teneatur ex obligatione secundaria? *Bachov. ad Treutl. disput. 24. th. 4. lit. C. affirmat,* ex hac ratione, quod lata culpa dolo comparetur, & satis habeatur pro sciente, qui in lata culpa est, quæ sententia quoad rigorem juris quidem vera est. Verùm contraria nobis videtur æquior, quia ignorans rem vitiosam commodavit, ideoque excusandus est, quòd circa doli interpretationem nos oporteat remissius versari. *l. 61. §. 6. ff. de furt.* Quod autem lata culpa dolo æquiparetur, id verum est maximè in eo, qui tenetur aliquid præstare ex contractu, unde ipse etiam utilitatem habet; Iniquum autem videtur hoc casu, ubi vitium rei ignoravit commodator, ipsi officium suum damnosum esse debere, cùm etiam commodatarius in rei commodatæ bonitatem diligenter potuisset inquirere. *Nobiliss. Dn. Hahn. ad Wesenbec. n. 12. h. t.*

CAPUT

350

CAPUT VII.  
De Actionibus  
commodati.

1. Denique ad obtinendum id, ad quod contrahentes sunt obligati, & quod ex hoc contractu ipsis debetur, datur actio commodati duplex, una dicitur directa, quia ab initio statim ex commodato nascitur, ac per eam petitur id, quod principaliter in hunc contractum deductum est, vocatur etiam principalis & rectum commodati iudicium. *l. 18. §. fin. ff. h. t.* Altera vocatur contraria, quia quasi ex post facto & per accidens ex commodato datur, ex æquitate scil. ut indemnitati commodatarii consulatur, vetuti si necessarias in rem commodatam impensas fecerit, aut per causam rei damnum passus sit, quas impensas refundi, damnumque resarciri æquum est. *l. 17. §. 3. l. 18. §. 2. l. pen. ff. h. t. Vinn. Comment. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. n. 2.*

2. Directa itaque actio commodati competit illi, qui rem commodatam dedit, licet ipse non fuerit dominus rei commodatæ, ut prædo, fur. *l. 15. l. 16. ff. h. t.* adversus commodatarium ejusque heredes, ita, ut si plures sint, unusquisque pro ea parte, quâ heres est, conveniatur, *l. 3. §. 3. ff. h. t.* nisi unus habeat potestatem totius rei restituendæ. *d. l. 3. §. 3.* aut ex suo facto conveniatur. *l. 17. §. 2. ff. h. t.* Si duobus vel pluribus res indivisè sit commodata, singuli, quia instar correorum debendi sunt, in solidum tenentur, tum quoad obligationem primitivam, quæ initio ad rei restitutionem contrahitur, tum etiam quoad obligationem secundariam, quæ contrahitur ex postfacto ratione doli vel culpæ: Unius tamen solutione reliqui liberantur.

C

l. 5.

*l. 5. §. ult. b. t. l. 1. l. 43. l. 22. ff. depos. l. 13. C. locat. Nobiliss. Dn. Struve Exercit. ad ff. 19. th. 9. Dn. Carpzov. 2. c. 26. Definit. 14. Scoran. Disput. 32. th. 8. Non obstat l. 21. §. 1. ff. b. t. ibi enim periculum inter commodatarios est divisum, & commodans non singulorum fidem est secutus, sed ambo- rum simul, adeoque actio commodati non datur adver- sus singulos in solidum, sed adversus duos pro parte. Magnif. Dn. Frantz k. comment. ad ff. n. 18. b. t. Nobiliss. D. Hahn ad Wesenbec. n. 10. b. t.*

3. Datur autem actio directa ad id, ut usu finitò aut tempore præscriptò elapsò res commodata restituatur, §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* unà cum accessio- nibus v. c. equam cum pullo, servum cum lance. *l. 5. §. 9. & 13. ff. b. t. l. 14. §. 15. ff. de furt. fundum cum fructibus. l. 38. §. 10. & 15. ff. de usur.* Quamvis de his in contractu nihil expressè conventum sit, tamen quia solus usus concessus, & contractus hic est bonæ fidei, meritò in eam venit, quod alterum alteri ex æquo & bono præstare conveniat. Unde in repetendo accessorio non opus est rei vindicatione, sed hæc actio sufficit. *Magnif. Dn. Frantz k. comment. ad ff. n. 38. b. t.* Et quidem restituenda est integra, non facta [dolò puta, vel culpa commodatarii] deterior, nam res quæ deterior redditur, reddita non censetur. *l. 3. §. 1. l. 10. pr. ff. b. t.* Si verò res deterior facta, restituenda est cum eo, quod interest commodantis, rem non fuisse deteriora- tam. *l. 3. §. 1. ff. b. t.* & commodans rem suam deteriora- tam recipere tenetur. *arg. d. l. 3. §. 2.* Nisi i. res, ita sit de- riorata, ut non expediat commodanti, rem amplius ha- bere, hoc enim casu summa ratio svadet, æstimationem rei integræ à commodatario præstandam esse. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disput. 24. th. 2. lit. E. Nobiliss. Dn. Hahn. ad We- senbec. n. 10. b. t.* 2. Si à Judice æstimatio rei commoda-  
tata

351.  
tata facta fuerit, quæ hunc habet effectum, ut re deteriorata pretium solvatur, ut refert Magnif. Dn. Richter tract. de Contract. Disput. 4. th. 1. lit. G.

4. Sin res commodata planè peremta aut amissa est, æstimatio rei præstanda venit, nec invito domino res similis obtrudi potest. l. 17. §. fin. ff. b. t. æstimatio autem permittitur iudicis arbitrio, & in ea, sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis tempus rei iudicatae spectandum est. l. 9. §. 2. b. t. Hoc autem accipiendum est de casu, quò res post litis contestationem perit, nam si ante litem contestatam perit, juramentò in litem res æstimatur, quia Iudex sine iurisjurandi delatione rem quæ non extat, æstimare non potest. l. 5. §. ult. ff. de in lit. jur. Bachov. ad Treutl. disput. 20. thes. 13. Si verò casu fortuito res peremta sive deterior facta est, liberatur commodatarius. l. 5. §. 4. § 13. b. t. l. 18. de peric. § commod. rei vend. l. 19. de oblig. § act. vid. supr. c. 6. n. 4.

5. Cum actione directa concurrit quoque ob rem deterioratam actio L. Aquiliae. l. 18. §. 1. ff. b. t. hâc tamen prius intentatâ prorsus tollitur actio commodati, non contra. l. 34. §. 2. ff. de oblig. § act. Deinde ob mutatum rei commodatæ usum commodatarius etiam actione furti conveniri potest. l. 5. §. 8. b. t. quod tamen secundum distinctionem §. 7. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. item l. 76. pr. ff. de furt. intelligendum est. Et plures aliæ, quas refert Just. Mejer Colleg. Argent. b. t. th. 16.

6. Sequitur actio commodati contraria, & datur commodatario adversus commodantem ejusq; heredes. l. 5. §. 8. l. 17. §. 1. § ult. l. 2. pr. ff. b. t. ad id, ut solvatur, quod interest commodatarii, rem commodatam ante expletum usum sive tempus præterlapsum, non fuisse ablatam vel subtractam, aut non fuisse vitiosam, ubi tamen requiritur,

ritur, ut scienter rem vitiosam commodaverit. *l. 17. §. 3. l. 18. §. 3. l. pen. h. t. l. 31. ff. de pign. act. l. 61. §. 6. ff. de furt.*  
2. Restituantur impensae majores necessariò in rem commodatam perpetuae utilitatis causa factae; non verò modicae & temporales. *l. 18. §. 2. h. t.* 3. Si re commodatà perdità, aut ab ipso commodatore surreptà, commodatarius pretium pro ea dederit, & deinde eadem in potestatem commodantis venerit, rectè agitur, ut aut rem aut pretium restituat. *l. 17. §. ult. l. 21. pr. h. t.* quò casu liberum est commodanti, utrum rem, an pretium restituere mauerit, quia in obligatione alternativa electio est penes debitorem. *l. 10. §. ult. de jur. dot. Bachov. ad Treutl. Disput. 24. th. 4. lit. D.*

7. Quæritur hîc, an commodatarius compensationis beneficio uti possit? Resp. Disting. vel enim compensatio accipitur propriè pro retentione perpetua, vel impropriè, pro retentione temporali. In priori acceptione sumpta locum non habet, quia est pro solutione. *l. 4. ff. qui pot. in pign. l. 54. ff. de solut. & liberat.* species autem pro specie aut quantitas pro specie solvi non potest. *l. 2. §. 1. ff. de Rei. vindic.* E. nec compensari; Nisi æstimatio rei commodatae sit præstanda, & tunc rectè compensatur ea cum alio debito liquido. *arg. l. 11. C. de pos. l. fin. pr. & §. 1. in C. de Compens.* In posteriori verò significatione accepta locus est compensationi, & commodatarius rem commodatam ob impensas in eam factas tamdiu retinere potest, donec ipsi à commodatore satisfiat. *l. 18. §. ult. h. t. Confer Magnif. Dn. Frantz. Comment. ad ff. n. 19. ejusdemq. Exercit. 9. quæst. 7.* quod adeo verum est, ut, si commodator rem commodatam surripuit, teneatur actione furti. *l. 15. §. ult. l. 59. ff. de furt.*

8. Concurrit cum hâc actione contraria Rei vindicatio,



catio, veluti si commodatarius pro re deperdita pretium dederit, & deinde eadem in potestatem commodantis pervenerit, quia aestimatione soluta dominus rei factus est. *l. 5. §. 1. h. t. l. 46. §. 47. ff. de rei vind.* Deinde etiam actio ex stipulatu, si commodator caverit se rem reperiendam restitutum. *l. 13. pr. h. t.* Item actio furti, si commodans rem commodatam, quam commodatarius ob impensas in eam factas aliasve justas causas retinet, clam abstulerit. *l. 15. §. ult. l. 59. ff. de furt.*

9. Finitur tandem & dissolvitur commodatum potissimum tribus modis. 1. revocatione rei commodatæ data, & quidem tempestiva. *l. 17. §. 3. h. t. vid. supra cap. 6. n. 6.* 2. Morte ejus, cujus gratia res commodata est. *Sebast. Medic. tract. Mors omnia solvit part. 2. conclus. 22. n. 62.* 3. Rei commodatæ interitu, quem probare debet commodatarius, quò probatò, agens commodans ostendat, quòd commodatarii culpâ vel dolo res illa interierit. *arg. l. 32. §. species 5. ff. de legat. 2.* Et hæc de præsentia materia pro ingenii tenuitate sufficiant. D.T.O.M.  
sit laus, honor & gloria.



**Q**uod tua *Juridica* mens acriter incubet  
*Arti,* (Themistos  
Egregius labor hic demonstrat. Agona  
Omnibus lætis intras, & tela laceßis  
Docta; Tibi meritò sic *Niceteria* spondet,  
Et caput obnubet Themis æternante brabeo.

*Per. Eximio Dn. Autori grat.*  
P R Æ S E S.  
Ad



Ad Eximium Dn. Respondentem;

**Q**uid COMMODATUM sit, quibusque personis  
Sit contrahendum, quaeque Commodatarii,  
Quae Commodantis munia atque sint partes;  
An mente captus, an pupillus infansque,  
An prodigus patrimonique profusor  
Aut commodare, aut commodata cujusquam  
Capere sit aptus: quaeque res dari possint  
Capiue: dum sollerter eruditeque  
Exponis: Opto, quam studiis modo, HENCKELI,  
Operam locasque commodasque, permultum,  
Honoris atque commodi TIBI gignat.

JO. ANDREAS BOSIUS  
P. P.

**Q**ui sibi conatur meritos virtutis honores  
Quarere, ei Phoebus semper amicus erit;  
Qui per tesqua meat, sacris vigilatque Camoënis,  
Serta ejus meritis præbet Apollo comis;  
Excolit & doctæ qui pingua rura Minervæ,  
Nil isti deerit, fata nec astra ruent  
Illius in tectum, justos cum pendat honores,  
Et summos titulos Dia Minerva paret:  
Et sic Sicelidum semen Tibi surget, Amice,  
Usque quod in campis nascitur Aoniis.  
Nempe dabit Phoebus studiorum præmia digna:  
Præmia, quæ gnavis suppeditare solet.  
Sic quoque dum cathedrâ facundo differis ore,  
HENCKELI, astrifonus Jupiter haud deerit.  
Præsentes ausus idcirco JOVA secundet,  
Comprecor, ut patriæ promptus adesse queas.

His



353

His addo hoc votum: Non raro prospera quæque  
Assume, & vitâ Nestora vince simul!  
Sed quid multa loquar, cùm clausit omnia votum?  
HENCKELI salve, vive, vale atque vige!

*Honoris & benevolentia ergò Politissimo Dn. Re-  
spondenti, Fautori atque Amico suo haut  
vulgariter dilecto tenui Mu-  
sâ acclamat*

M. Henningus Volkmar / Gosla-  
riâ - Saxo, SS. Theol. Stud.

---

**S**ic est! Ut primo si quem Natura sub ortu  
Indole præ reliquis nobiliore notat;  
Conamen, radiis veluti fulgentibus, omne  
Prodat, & ingenii spargat ubique faces.  
Præstat id HENCKELIUS, ductu dum Præsidis, Ampli  
BECHMANNI, Legum pulpita docta petit;  
UTENDUMQUE DATI naturam differit, & jus  
Monstrat, & obstantes semovet arte Locos.  
Strenuus ergo mica! Laudem certamine tolles,  
Pro merito tandem Præmia digna feres.

Hicce

Præstantissimi nec non Eruditiss. Dn. Aut. Respond.  
Amici sui Pyladæi Academiæ τῆ ἀπαρχῆς  
gratulabundus applaudebat

Johannes Christianus Mackius  
Coburgensis Fr. Φιλίατε ©.

Helm-


**H**elmstadt, quod nec, nec Jena degener hospes  
Vixeris HENCKELI, non sine laude probas:  
Quippe *dati utendum* naturam, Præside CLARO  
BECHMANNO, monstras, publicitusque doces,  
Eximiam certò laudemque decusque mereris,  
*Fautores* laudant nec *mea* Laus deerit.  
Gratulor, & Superos veneror, *Tua* cœpta secudent,  
Atque *Tibi* tandem digna brabea ferant.

*Boni ominis ergò Præstantiss. & Doctiss. Dn. Respon-*  
*denti, Amico suo certissimo de primo in*  
*Paestra Juridica periculo gra-*  
*tulabundus fundebat*

Johannes Henricus Müller Rho-  
dâ-Thuringus, SS. Theol. Stud.

F I N I S.







Ka 3047.

X2614847

WPA









DEO TER-*OPT.* MAX. *AUSPICE,*  
DISPUTATIO JURIDICA, *J. 18.*

DE  
**COMMODATO,**

*Quam*  
*Magnifico, Nobilissimo, Consultissimoq; Jctorum*  
*Ordine in Illustri Salana consentiente,*

SUB PRÆSIDIO

*VIRI*

*AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, ATQ;UE*  
*EXCELLENTISSIMI*

**DN. JOHANNIS VOLK.**

*Bechmans / J. U. D. Famigeratissimi, Curia; Provincia-*  
*lis Saxonica, qua; Jenæ est, Advocati Ordinarii gravissimi,*

*Patroni ac Præceptoris sui omni honoris &*  
*observantia cultu etatè prosequendi,*

Publicæ disquisitioni submittit

In Auditorio Jctorum,

*Ad diem Martii*

**MICHAEL HENCKELIUS,**

*Umenâ-Thuringus, Aut. & Resp.*

ANNO

ACADEMIÆ IVBILÆO.

Typothetâ SAMUELIS KREBSIO.

